Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-416347-p0001-7

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-416347-p0002-3

1777.

1. *Tesnigerus, Johannes Carolus: Rhapsodiae supplementa. Programma, quo ordinarius senior et reliqui doctores fac. jur. solemnia doctoralia indicunt.

2. Bauerus, Henricus Godofredus: Super decisione Saxon. El. 21. d. a. 1746

3. Bauerus, Henricus Godofredus: Super decisione Saxon. El. 22 d. a. 1746.

4. Bauerus, Henricus Godofredus: Super decisione Saxon. El. 19. d. a. 1746.

5. Bauerus, Henricus Godofredus: Super decis. Saxon. El. 20 d. a. 1746

6. Bauerus, Henricus Godofredus: Super decisione Saxon. El. 23. d. a. 1746.

7. Bel, Carolus Andreas: De libris Catacrisianis Hadriani Imperatoris. Programma, quo memoriam Johannis Gratis recolendam indicit —

1777.

8. Bienerus, Christianus Gottlob: De jurisdictione ordinaria et exemta.

9. Brunning, Christianus Henr.: Quis probat in actione negatoria modum servituti praescriptum?

10. Brunning, Christianus Henr.: An Falcidiae quarta locum habeat in praelegata dote non illata?

11. Brunning, Christianus Henr.: An ficta adulterii confessio praestet indicium ad inquisitionem specialem?

12. Brunning, Christianus Henr.: De jure circa appignorationem armorum militum.

13. Brunning, Christianus Henr.: De poena purgatorii non praestiti in processu Criminali.

1777.

14. Brenning, Christianus Henr.: An gerada licite vendita praemortuo emtore veniat ad emtoris heredem?

15. Brenning, Christianus Henr.: De hodiernis judiciis morum in re publica.

16. Brenning, Christianus Henr.: An filius in re certa heres institutus admittatur ad querelam inofficiosi testamenti?

17. Brenning, Christianus Henr.: An querela inofficiosi testamenti competat Judaeo a fratre Christiano vel praeterito vel exheredato scripto.

18 Brenning, Christianus Henr.: De damni aestimatione in actione de pastu.

19 Brenning, Christianus Henr.: Vindiciae testimonii feminarum, in codicillis.

20. Brenning, Christianus Henr.: An in pactis nuptialibus substitutio valide fieri ~~potest~~ possit?

1777.

21. Brenning, Christianus Ulr.: An pactum interrumpens testandi actum paciscentes obligat?

22. Einert, Christian Gottlob: An praeter unam immediatam juris infamiam nullam existat infamiae speciem?

23. Einert, Christian Gottlob: De onere alendi infantes expositos.

24. Gehe, Christian Samuel: De retractus gentilitii renunciatione per generalem consensum in feudi alienationem

25 a.b. Gehler, Jo. Samuel Traug.: De laesione emtoris ultra dimidiam recte computanda. 2 Exempl.

26 a.b. Green, Aug. Frider. Lipsiens., fac. jur. procancellarius. De renunciatione praescriptionis in cambio. Programma, quo solemnia doctoralia Jo. Samuelis Traug. Gehleri indicit. 2 Exempl.

1777.

27. Hommel, Carolus Ferdinandus, fac. jur. procancellarius: Rhapsodiae supplementa. Programma, quo solemnia doctoralia Floriani Augusti Reichelii indicit.

28. Hommel, Carolus Ferdinandus, fac. jur. procancellarius: Rhapsodiae supplementa. Programma, quo solemnia doctoralia Augusti Cornelii Stockmanni indicit.

29. Hommelius, Carolus Ferdinandus: De acquirendo vel amittendo jure civitatis Hamburgensis

30 Tesnigerus, Joannes Carolus: Utrum emphyteuta ante motam actionem privatoriam offerendo canonem moram purgare possit?

31. *Tesnigerus, Johannes Carolus: Diploma, quo coll. jur. Lips. Joanni Carolo Tesnigero - - utriusque juris doctoralem gradum contulit.

32. Kindius, Jo. Adamus Theophilus: Vindiciae feudi pignoratitii.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-416347-p0008-6

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-416347-p0009-5

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-416347-p0010-7

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-416347-p0011-3

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-416347-p0012-8

9100. 9100.
1777, 2.

SVPER DECIS. SAXON. EL. XXI. d. a. 1746.

DISSERTATIO

QVAM
ILLVSTRIS ICTORVM ORDINIS
CONSENSV
PRAESIDE

D. HENRICO GODOFREDO BAVERO

SERENISS. ELECT. SAXON. A CONSILL.
PROVOCATT. RELL.

D. XXX. SEPTBR. A. C. MDCCLXXVII.
IN AVDITORIO ICTORVM
TVEBITVR

CAROLVS GOTTLIEB DANIEL CLAVER

SCHLEVSSING. FRANCVS

LIPSIAE
EX OFFICINA LANGENHEMIA

982. (21.)

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-416347-p0013-4

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-416347-p0014-9

I. N. D.

§. I.

De tacita continuatione locationis conductionis, quae ſuper praediis contrahitur, ſic ſtatuiſſe Romanos *l. 13. §. fin. D. Loc. Cond.* docemur, vt exiſtimarent, colonum in annum futurum, ex quo contractus exierit, reconduxiſſe, (etſi luſtrum forte ab initio fuerit conductioni praeſtitutum,) et porro in ſingulos annos ex contrahentium taciturnitate contractus obligationem producerent; inquilinum contra, per quod ab initio tempus habitauerit, in idem etiam in poſterum obligarent, niſi in ſcriptis certum tempus fuerit comprehenſum. Scilicet naturales ruri fructus non aequales quouis tempore capiuntur, vt potius anni decurſus ad eos plene capiendos ſit neceſſarius, habitationis vero eadem ſemper vtilitas eſſe cenſetur.

§. II.

Nobis ob frequentiam ſeruitutis paſcendi, mutatamque propterea ruſticorum praediorum naturam, eo redactam, vt non iidem quotannis fructus haberi poſſint, opus erat declaratione, quam dedit noſtra lege Sereniſſimus Legislator, rei ſubiectae omnino accommodatam, variisque, quae oriri poterant, controuerſiis praecidendis aptiſſimam. Nimirum non contradicente locatore intra menſem, poſt finitum tempus locationis, conductoris manſioni, fundorum, vrbani ſint, an ruſtici, modo quotannis vniformes praebeant fructus, tacitam relocationem annum durare iuſ-

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-416347-p0015-5

ſit, ſin difformes, vsque dum omnes, qui ex natura rei percipi poſſint, fructus percepti fuerint, triennio id, vel, quadriennio demum elapſo, contingat. Modo non ab initio de breuiori tempore conuenit, vel pacto futurae reconductioni cautum. Vt, ſi hoc factum, ſtare promiſſis contrahentes teneantur, ſin illud, ad determinatum tempus contractus continuationem reſtringamus.

§. III.

Vtramque legem, *§phum final. l. 13. D. Loc.* puto, noſtramque Deciſionem ſi curatius comparamus, meo iudicio liquet, Legislatorem de iure antiquo declarando, non abrogando, cogitaſſe. Eſt enim vtriusque principium, quod facile omnes largientur, eius voluntatis expoſitio, quam contrahentibus affingere, aequum ſit et veriſimile. Romanorum more, quo aequales fructus ſingulis annis ex fundo capiebantur, ratio naturalis, amica libertati, ſuadebat, contractus perpetuitatem ex taciturnitate contrahentium anni additamento metiri, etſi in plures annos ab initio locationem conductionem perduxerint. Sufficiebat, ex pretio fructuum anno percipiendorum mercedem aeſtimari. Noſtrorum conſuetudine, qua primo alii, alii ſecundo, alii tertio denique anno, quartoque paſſim, capiuntur, ex computatione fructuum triennii vel quadriennii iuſtam ſtatuere mercedem oportet, vt, ſi in breuius tempus tacitam relocationem cogere velimus, domino id, vel colono, damnoſum futurum ſit.

§. IV.

Patet ex his, eorum inter nos agrorum, qui fructus aequales colono quotannis praebent, reconductionem tacitam vltra annum non eſſe protrahendam, quamuis triennium vel aliud longius tempus contractui definitum fuerit. In hoc enim exemplo Sereniſſimum Legislatorem praeceptum

ptum iuris romani de ruſticis praediis confirmaſſe, exempla probant, quae in priore parte legis noſtrae recenſentur, pratorum, hortorum, vinearum, et apertius loquuntur verba ſub finem obuia, *nach Gelegenheit derer bey dem verpachteten Grundſtücke vorhandenen Feld-Bauarthen.* Vt oculis cernere valeas, tacitam relocationem, quae anni terminum egrediatur, ex fructuum diſcrimine, neutiquam ex praeuia contractus duratione, eſſe iudicandam. Quodſi vero quis praedium, ex quo per triennium vel quadriennium continuum alii atque alii fructus capiuntur, in breuius tempus conduxerit, huius diuerſitatis in conſtituenda mercede exiſtimandi ſunt contrahentes rationem habuiſſe, quam ob rem vltra tempus a contrahentibus ab initio expreſſum relocationem proferre negotii natura refragatur.

§. V.

Verba Deciſionis noſtrae; *es wäre denn die Miethe vorhin nur auf ein halbes Iahr, oder auf eine kürtzere Friſt, gerichtet geweſen, als welchenfalls ſolche auch länger nicht, als auf die zuvor beniemte Zeit*, tacite *vor renoviret zu achten*, ſi quid video, ad ea potiſſimum praedia pertinet, quae conductori eandem quouis tempore vtilitatem praeſtant, in ceteris, vrbana ſint, an ruſtica, exceptionem pati. Ponamus, mercatorem peregrinum, inſtantibus nundinis, tabernam, cuius extra eas nullus vſus, in quatuor ſeptimanas conduxiſſe, aliumue quendam hortum vel vinetum in aliquot menſes inſtantes aeſtiuos et autumnales, hosque, domino patiente, menſe diutius vltra definitum tempus rem conductam poſſediſſe, nonne ſolis noſtrae legis verbis, contra eius rationem, mentemque Llatoris, dimicaret, qui in aequale tempus continuum relocationem conſtringere, nec ea proximarum nundinarum, proximaeque aeſtatis et autumni, vſum contineri, velit. Quis enim extra nundinas tabernae, quis

horti vel vineae hyeme vſus, et quae demum ſine vſu merces? Firmat hanc exceptionem *Mandat. contra bancaeruptt. emiſſ. §. 5.*

§. VI.

Rectius dubites, an ex detentione rei, cuius vſus, quo tempore detinetur, nullus eſt, conſenſum in reconductionem inferre liceat. Sed hanc etiam praeſumſit et praecidit controuerſiam Sereniſſimus Llator. Siquidem cauit, detentionem fundi conducti vltra menſem, id eſt, triginta dies, v. l. 101. D. d. R. I. poſt exitum contractus continuatam, cui locator haud contradixerit, pro eo eſſe debere, ac ſi reiteratus eſſet contractus. Qua in re quum nullum admiſerit inter praedia, quorum ſit continuus vſus, vel diſcontinuus, diſcrimen, nobis, vt opinor, diſtinguere non licet. Etſi vero in lege noſtra conductori, qui vltra fines contractus in fundo conducto commoratur, poenitendi ius intra menſem diſerte conceſſum non eſt, contradicendi venia locatori per menſem continuum data, meo iudicio, eandem conductori facultatem ſecundum aequitatis regulam largitur. Vt, ſi poeniteat, et praeſtanda praeſtet, vltra mercedem, pro rata temporis vſusue, quem habuerit, damnorumque reſtitutionem non teneatur.

§. VII.

Suffragari MENCKENIO non poſſum, qui *ad Pandect. Lib. XIX. Tit. II. §. V.* reconductionem ex retentione rei, coniuncta cum locatoris ſcientia et patientia, promanare negat, ſi aliam iuſtam conductor, ex qua retineat, cauſam habeat. Vt potius, quia non licet ſibi mutare poſſeſſionis cauſam, nec patitur praeſumi mutatio, inſuper neceſſarium ducam, vt cauſa retentionis iuſto tempore locatori nuncietur. Quo omiſſo, oportet, vt ex continuato in conductionem conſenſu, a lege praeſumto, in poſterum teneatur.

Niſi

Niſi ſit eiusmodi retentionis cauſa, quae obligationem ex contractu natam perimat, vt, ſi conductor domini eius rei, quam ab alio conductam habet, heres fiat. Errat etiam MENCKENIVS *cit. ſpho in fin.* cum pluribus aliis iuris interpretibus, dum, quoties in ſcriptis, ad eſſentiam, non probationem, contractus conceptis, facta ſit locatio conductio, tacitam relocationem exulare iubet, ob *l. 13. ſ. vlt. D. Loc.* En verba, quibus fulciendae ſententiae ſuae vtitur; *In vrbanis autem praediis alio iure vtimur; vt, prout quisque habitauerit, ita obligetur: niſi in ſcriptis certum tempus conductione comprehenſum eſt.* Quibus equidem puto ab VLPIANO ſignificari; ſi deſunt contractus tabulae, quamdiu inquilinus habitauit, in tantum tempus reconduxiſſe cenſeatur; ſin adſunt, in quantum tempus ab initio conuenit, in tantum perpetuare voluiſſe, ex taciturnitate ſua contrahentes exiſtimentur. Mecum ſentit BERGERVS *in Oecon. Iur. Lib. III. Tit. V. ſ. 20. not. 1.* idemque confirmat *Deciſio* noſtra, quoties annus, breuiusue tempus contractu continetur.

ſ. VIII.

Verba huius noſtrae legis, *ſoll es — — dafür gehalten werden, als ob der Contract in allen Punckten und Clauſeln noch auf ein Iahr von neuen geſchloſſen worden*, pertinent ad obligationes acceſſorias, a contrahentibus inuicem ſuſceptas. Has ſimul cum ipſo contractu perdurare iubet Legislator. Neutiquam promiſſiones ab alio factas, verbi cauſa pignus, in mercedis ſecuritatem pro conductore datum, factamque pro eo fideiuſſionem. Quod eo minus dubium, quo magis contractum ipſo facto et patientia continuatum, iure noui contractus cenſet Sereniſſimus Elector. Igitur nec fideiuſſionem, nec pignus, quorum neutrum nouo contractui acceſſit, huc trahere licet. Vt potius, ad haec quod atti-

attinet, in ſaepius *cit. §. fin. l. 13. D. Loc.* merito ſubſiſtamus. Neque ſcientia fideiuſſoris, continuari locationem conductionem, et omiſſa fideiuſſionis reuocatio rem mutat. Scit enim, vltra limites contractus, cui acceſſerat, ſe non teneri, hinc proteſtatione contra vinculum iuris iam ſolutum non opus eſt.

§. IX.

Caeterum patientiam tutoris, cuius pupillus heres locatoris eſt, locum dare contractui continuando, non eſt, quod dubitemus. Is enim dum locare pupilli fundum vi adminiſtrationis ſuſceptae valet, quidni locationi conductioni a defuncto contractae conſentire valeat. Aliam, recte monet BERGERVS *cit. loc. not. 3.* eſſe mulieris conditionem, quae mariti, qui praedium ſuum locauerat, heres exiſtit. Haec nimirum ſuper fundo ſine curatoris conſenſu valide quia contrahere non poteſt, aeque minus ſolo conſenſu ſuo, patientia declarato, contractum reſtaurare. Nolim tamen contractus durationem negare, ſi, conſulto et ſuffragante curatore, mulier tacuerit. Denique non capio, quidni abſentis mandatario, quod BERGERVS *cit. loc. not. 4.* negat, licere debeat, a locatione, quam, quum adeſſet, mandans ad tempus definitum contraxerat, recedere. Vt potius, ſi eiusmodi exemplum occurrat, ſecundum fines mandati et conductoris conditionem diſtinguendum eſſe, exiſtimem.

TANTVM.

Leipzig, Diss., 1777 A-O
f
ULB Halle 3
004 568 583
Sb:

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-416347-p0022-4

1777, 2.

VPER
AXON. EL. XXI.
a. 1746.

SERTATIO

QVAM

ICTORVM ORDINIS

CONSENSV

AESIDE

ODOFREDO BAVERO

ECT. SAXON. A CONSILL.

VOCATT. RELL.

TBR. A. C. MDCCLXXVII.

TORIO ICTORVM

VEBITVR

TLIEB DANIEL CLAVER

SSING. FRANCVS

IPSIAE

NA LANGENHEMIA

982. (21.)

Farbkarte #13 B.I.G.
Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-416347-p0023-9